


Christian Heinrich Breuning

**Specimen. Interpretationis. Ex. Herennio. Modestino. ...**

**Specimen [I] : ... Exhibent. ... Viro. ... Gottfried. Richter. De. Svmmis. Honoribvs.  
... In Vtroqve. Ivre. Rite. Acqvisitis. ...**

Lipsiae: Ex Officina Langenhemiana, [1752?]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn870653784>


Band (Druck) Freier  Zugang





K. K. — 1 (49.)






57 N<sup>o</sup> 8

H. Breuningii Dissertationes  
et Programmata.

XLIX.



SPECIMEN  
INTERPRETATIONIS. #

EX.

HERENNIO. MODESTINO.

EXHIBENT.

ET.

VIRO. AMPLISSIMO. CONSUL-  
TISSIMO.

GOTTFRIED. RICHTER.

DE.

SVMMS. HONORIBVS.

IN. VTROQVE. IVRE. RITE. ACQUISITIS.

SVB. PRAESIDIO.

VIRI. CONSULTISSIMI. AMPLISSIMI.  
EXCELLENTISSIMI.

D. BREVNING.

INSTITVTI.

COLLEGII DISPVTATORII. SOCII.

OFFICIOSISSIME. GRATVLANTVR.

---


L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

1752-1753.

Vol. XLIX.





V I R.  
CONSULTISSIME.  
AMPLISSIME.

**N**ihil unquam *VIR CONSULTISSI-*  
*ME* nobis exoptatius fuit, quam quod  
fortuna adeo nobis fauerit, ut *TE* su-  
periori semestri socium nobis adiunxe-  
ris in societate illa, quae sub moderamine *VIRI*  
*CONSULTISSIMI BREVNINGII* sese in  
disputando exercuit et adhuc exercet. Miraberis  
profecto cur *TIBI* gratulemur, non aequè pia vota  
*PRAESIDI NOSTRO AMPLISSIMO*,  
cum summos in iure honores acquireret, simus ap-  
precati. An ideo nos ingratitude accusabis?  
Quae si haec *TVA* est sententia, iniuriam nobis in-  
feres. Sciebamus officia nostrae pietatis et nostri ob-  
sequii: satisfacturi eramus his officiis sed prohibuit

nos communis nostri *PRAECEPTORIS OPTI-*  
*MI* humanitas, qui ne id suscipiamus sub iactura sui  
fauoris serio interdixit. Licet hoc admodum nobis  
durum esset mandatum, tamen obsequium nostrum vo-  
luit, ut pareamus, et sic praesentes eidem gratula-  
bamus. Sed iam nullum adest interdictum, quod nos  
coërcet. Accedit praeter amplissimos honores, qui-  
bus *TE* ornatum videmus, discessus *TUVS* nobis  
tristissimus. Nostrum ergo iudicabamus, *TE* disce-  
dentem piis comitari votis. Gratulamur ergo sum-  
mos in utroque iure acquisitos honores et optamus  
ut honorum hodie acquirentium uberrimos quam diu-  
tissime capias fructus. Faxit praeterea summum  
Numen ut sospes et felix ad patrios lares redeas :  
nos vero *TVA* felicitate semper laetabimur. In  
tanta vero *TVA* felicitate, de qua pie gratulamur,  
ut nobis *FAVORE TVO* et *AMICITIA* etiam  
absens a nobis, dignos iudicare velis, summopere ro-  
gamus. Vale ergo *TIBI* que felicissimum in patriam  
iter precamur. Vale. Dabamus Lipsiae d. VIII.  
Iun. CIO IO CCLII.

SPECI-



SPECIMEN  
INTERPRETATIONIS  
EX  
MODESTINO.



Approbatus labor fuit eruditorum hominum recentiorum, qui ita in interpretando iure versati fuerunt, ut veterum Ictorum fragmenta ex *Digestorum* libris anxie conquifuerint et in ordinem redegerint ex intentione fcribentis. Vtilitas, quae ex hoc labore bonis literis accreuit adeo euidens est, ut probatione haud eget. Si enim omnia illa fragmenta quasi in pristinum suum locum restituta cernimus, facilius LL. interpretandarum erit ratio. Antecedentia facilius cum iis, quae se-

quantur, comparari possunt. Nulla in eiusmodi collectione amplius adest difficultas in iudicando eo, quod fuerit totius libri argumentum: hinc facilius ex argumenti totius ambitu obscurae legis erit explicatio. Versati sunt in hoc laborum genere *Iac. CVIACIUS*, *LECTIVS*, *Edm. MERILLIVS*, *Ant. AVGVSTINVS*, *de RETES*, *BALDVINVS*, *ALTESERRA*, *Henr. BRECKMANN*, *Greg. MAIANSVS*, *PAGENSTECHER*, *CONRADI* et alii, qui diuersa veterum Ictorum fragmenta suis autoribus restituerunt et in ordinem redacta illustrarunt. Felix fuit *Herennius MODESTINVS*, quippe cuius *Libr. IX. Differentiarum* ex mente nostra congeffit *Iac. CVIACIUS*, qui et eiusdem *Libr. XIX. Responsorum* illustravit. Huius *Herennii Libr. IV. de Poenis* ex *Digestis* restituit *LECTIVS*. Eius *Monobiblon de Eucleatis casibus* *Illustr. Io. Flor. RIVINVS* exposuit. Ex *Enre-maticis* illius et *SCHILTER* et *BRECKMANN* fragmenta collegerunt. Tandem *Libr. VI. Excusationum* *Ant. AVGVSTINVS* non modo latinitate donavit sed et suis animaduersionibus illustravit. Sed licet summa sit huius Episcopi eruditio, tamen commodior huius laboris usus esset, si graeca simul addidisset. Exemplum ergo capiamus, interpretaturi quae eundem *Modestinum* veneratur autorem

L. I. D. DE EXCVSATION.

EPEN-

**E**RENNIOS MODESTI-  
 NΟΣ ΙΓΝΑΤΙΩ ΔΕΞ-  
 ΤΡΩ. Συγγράφας συγγράμμα, ΤΡΟ. S. Conscribens librum,  
 ὡς ἐμοὶ δοκεῖ χρησιμώτατον, vt mihi videtur vtilissimum, quem  
 ὅπερ παραίτησιν ἐπιτροπῆς καὶ excusationem tutelae et curato-  
 ρουρατορίας ὠνόμασα, τοῦτό σοι riae vocavi, hunc tibi misi.  
 πέπομφα.

§. I. Ποιήσομαι δὲ, ὡς ἂν οἶος §. I. Faciam autem, quo ad  
 τε ὧ τὴν περὶ τούτων διδασκα- possibile erit de his doctrinam  
 λίαν

## COMMENTARIUS.

IGNATIO DEXTRO.) Quis ille fuerit, non constat, sane hominem infimae conditionis haud fuisse exinde iudico, quod eidem libellum suum dedicauerat MODESTINVS ICTus. Fuit quidem Anno V. C. DCCCCXLVIII. C. Domitius Dexter Consul collega L. Valerio Prisco, qui consulatus incidit in tempora SEVERI et CARACALLAE. A. A. quibus noster quoque floruit; sed an Gentilis fuerit recte negandum videtur. Adeundus est. Ant. AVGVSTINVS de Nom. P. P.

Συγγράμμα) Ant. Augustinus secutus magis ordinem Pandectarum, minime respexit ad librorum seriem et ordinem materiarum. Sed in hoc recedendum ab eo videtur, secuturus Labittum in Indic. π. Esset enim contra scribentis rationem nisi hoc caput prius poneretur, quippe adeo Tribonianus dedicationem nobis servavit.

Ὅπερ παραίτησιν ἐπιτροπῆς καὶ ρουρατορίας ὠνόμασα) Vertit Augustinus de tutelae et curae excusatione: nec improbe. FERANDVS ADDVENSIS. Explicat. Lib. I. h. leg. notat male legi in quibusdam translatum: excusationum tutelae et curatoriae, cui τὸ excusationem substituendum videtur, quod plurimae editiones exhibent. Quod vero Modestinus ρουρατορίαν vocat, id ρουρατζιόνα dixit THEOPHILVS Paraphr. Instit. L. I. Tit. XXVI. §. 12.

Ποιήσομαι δὲ, ὡς κ. τ. λ.) Transposuit Augustinus in quo quantum potui, aperte eum tractatum explicavi, docens graece nostra iura. Et recte Modestinus ait: δύσφρασα εἶναι ἀντὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολὰς, difficulter vertantur habet Augustinus, relictis νομιζόμενοις, quae sunt formulae legitimae et artis termini, quos adeo Graeci plerumque retinuerunt. Hinc toties apud Theophilum occurrunt ipsa verba latina,

λίαν σαφῆ, ἀφηγοῦμενος τὰ νό-  
μιμα τῆ τῶν ἐλλήνων φωνῇ, εἰ  
καὶ οἶδα δύσφραστα εἶναι αὐτὰ  
νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας  
μεταβολὰς.

§. II. Προσθήσω δὲ τῆ τῶν λε-  
γομένων διηγήσει αὐτὰ τὰ τῶν νό-  
μιων ῥήματα, εἴπου καὶ τούτου  
δεηθεῖν ἵνα τὴν τε τῶν λεκτέων,  
καὶ τὴν τῶν ἀναγνωστέων χρῆσιν  
ἔχοντες τὸ ὀλόκληρον τοῖς δευ-  
τέροις καὶ τὴν ὠφέλειαν παρα-  
σχώμεθα.

§. III. Λεκτέον τοίνυν πρῶτον  
τίνας οὐ δεῖ χειροτονεῖσθαι.

§. II. Apponam dicendorum  
narrationi etiam ipsa legum ver-  
ba, si necesse erit: ut dicen-  
dorum simul et legendorum  
usum habentes, integritatem in-  
digentibus et vtilitatem praebea-  
mus.

§. III. Dicendum igitur pri-  
mum, quos creati non oporteat.

§. IV.

#### COMMENTARIUS.

latina, interdum ad graecas terminationes inflexa, ut πατρῶνος, εὐγυνία, Φιδεικομισσῶν et alia, interdum etiam nihil immutatum deprehenditur, ut ἀγωγή in factum et trecenta alia, quae cum solum rei romanae originem debent et cultui formularum, transponi in graecam linguam non possunt, quin summa intercedat obscuritas. Idque recte arbitratur Augustinus esse, quod Modestinus dixerat difficultatem ei fecisse. Errat vero ACCVRSIVS h. l. si de graecis in latinam transferendis id censet, in quo summo iure notatur a FERANDO ADDVENSII c. l.

Τῶν νόμων) Belle intelligit Augustinus tam graecas quam latinas Constitutiones. Sed an τὰ τῶν νόμων ῥήματα etiam sensu proprio loca ex Vlpiani et Pauli libris citata, valde dubito. Id quidem fieri recte potuisset a IUSTINIANO vel saltem post THEODOSII constitutionem, qua responsa et scripta quorundam veterum ICTORUM legum vim obtinuerant, quae sua deinceps fecerat Iustinianus. Quis vero id iam de Modestini tempore affirmet? At in tantum fieri potuisset, si rescripta ex Vlpiano et Paulo citata intelligas, quale exemplum est in L. 6. ff. h. t. et passim. Possent et scripta ICTORUM νόμοι appellari, uti ipsi νομοθέται ICTI dicuntur idque valde improprie.

Ἀπε-

§. IV. Ἀπελευθεριστοῖς ὄρφαν- §. IV. Libertinis pupillis in-  
 νεῖς εὐγενεῖς οὐ δώσουσιν οἱ Ἀρ- genuos tutores vel curatores  
 χόντες

## COMMENTARIUS.

(Ἀπελευθεριστοῖς ὄρφανεῖς εὐγενεῖς οὐ δώσουσιν κ. τ. λ.) Notat Augustinus h.  
 l. in libris *Heruagianis* male legi ex errore *Politiani* ἀπελευθεριστοῖς, quo-  
 rum verborum differentiam ipse exponit Augustinus, quem tamen toties  
 negligunt Architecti iuris graeci. Aliter enim LEO Basilicῶν Lib.  
 XXXVIII. Tit. I. Tom. V. p. 4. Modestini locum exhibet: Ἀπελευθε-  
 ρων παιδῶν ἐπὶ τροπέουσιν ἀπελεύθεροι οὐ μὴν εὐγενεῖς, εἰ μὴ ἀπορία  
 ἐστὶν ἀπελευθερῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ, εὐγενεῖς δὲ δοθεῖς, καὶ μὴ ἐμ-  
 προθέσμως προβαλλόμενος ταύτην τὴν παραίτησιν ἐνέχεται, i. e. *Fa-  
 brotto* interprete: *Libertinis pueris tutores sunt, libertini, non ingenui,  
 nisi sit eo loco penuria libertinorum. Ingenuus vero datus, nec intra  
 constituta tempora allegans hanc exceptionem, tenetur.* Licet vero li-  
 berti eorumque liberi, si iustam seruiuerint seruitutem, solenni ratione  
 manumissi ciues Romani facti, tamen diuersa eorum fuit conditio ab in-  
 genuorum, nisi restitutae ipsis natales fuerint beneficio principis, quam  
 inuenit aetas oppressae reipublicae. Non enim acquisito iure aurei an-  
 nuli omnia ingenui iura obtinuit libertinus, et dixit satis *Petr. BUR-  
 MANNVS de iure aureorum annulor.* Prohibuerat iam Lex Papia vt  
 est in *L. 23. π. de R. N.* ne fenator libertinam duceret. vid. *HEINEC-  
 CIVS* ad *L. Pap. Pop.* Neque libertini adspirare poterant ad acquiren-  
 dos magistratus, quare Patres apud *DIONEM* cum *D. Marcus Pertinacem*  
*libertino* genere oriundum inter *Praetorios* legisset de turbatis le-  
 gibus et neglecta amplissimi ordinis dignitate quaesti sunt. Pari ratione  
 ab omni Palatina militia excludebantur libertinae conditionis ciues, vt  
 docet *Ezech. SPANHEMIVS* in *Orbe Roman. Cap. XXI.* Sic et Mode-  
 stinus noster docet, liberto ingenuum tutorem dari non debere, idque  
 inter excusationum causas legitimas refert, quibus quis a tutelae onere  
 suscipiendo liberari possit. Repetit eandem sententiam *HERMOGENI-  
 ANVS L. 27. ff. de tut. et curat. dat.* sed ne inter sententias gemina-  
 tas vtraque loca frustra referas, retulit Tribonianus locum Hermogeniani  
 ad *Tit. de tut. et curat. dat.* vt scias, quis libertino dandus sit tutor  
 atque ex quo ciuium ordine et dignitate: iam vt aequae scias, ingenuum  
 se recte excusare posse, si libertini tutela a Praetore deferatur, non ne-  
 gligendus erat Modestini locus, qui praeter ea alia adhuc continebat.

B

Orig-



χρόντες ἐπιτρόπους ἢ κουρατόρας. Praefides non dabunt ; nisi omni  
 πλήν εἰ μὴ παντελῆς ἀπορία κα- modo libertinorum penuria fe-  
 τὰ

## COMMENTARIUS.

Originem illud ius debet SCTO sub *D. Marco* factio ad ipsius orationem, ad quam praeter Modestinum et TRYPHONINVS in *L. 44. ff. de excusat.* prouocat. Dabatur haec excusatio ingenuis, nec iis solis, imo et his, qui ex principis gratia ius aureorum annulorum obtinuerant, idque idem TRYPHONINVS *cit. l. 44.* docet: neque id in tantum, si libertinus, cui ius annuli datum, tutor libertino datus sit, vt recte se excuset, quod videlicet in ordinem ingenuorum transferat, sed quod et maxime vrget Tryphoninus, si libertino, cui ius aurei annuli concessum, ingenuus detur, nec ingenuum a tutelae onere se excusare posse, quod non libertino amplius sed ingenuo datus videatur. Adde et eum, cui a Principe natales restitutae sunt. Sicut enim eius conditio iam felicior et benignior sit, ac illius, cui ius aurei annuli concessum, ita et hic tanquam ingenuus excusandus erit a tutela libertini, imo nullum nisi ingenuum tutorem accipiet, quod probat ipse noster MODESTINVS in *L. 5. π. de Natal. restit.* qui ita ingenuum eundem putat, quasi nunquam maculam seruitutis sustinuisset. Clarius vero MARCIANVS *L. 2. eod.* Hic enim (sc. cui natales restitutae) inquit ICTUS, quantum ad TOTVM IVS pertinet, perinde habetur, atque si ingenuus natus esset. Ea vero huius excusationis seu priuilegii ingenuis concessi ratio est, vt Praeses vel Praetor eundem non excuset, sed vt ab ingenuo haec excusatio alleganda sit intra quinquaginta dies, vt PAVLVS docet in *L. 38. π. b. t.* quodque tempus inuentum dicitur, a *D. Marco* testibus MODESTINO in *L. 16. π. de Excusat.* et DIOCLETIANO et MAXIMIANO in *L. 18. C. de Excus. tut.* Erit id continuum ratione cursus a die scientiae, vt placuisse arbitror Imp. ALEXANDRO in *L. 5. C. eod.* Patet vero ex nostro capite tunc effectum sortiri eam exceptionem, si allegetur: nam cum ingenuus datus esset tutor libertino pupillo, neque ipse intra tempus allegauerat exceptionem, SEVERVS rescripsit: ὑπέυθυνον αὐτόν εἶναι τῇ ἐπιτροπῇ, εἰ μὴ ἐμπροθέσμως δικαιολογήσεται. Male in vulgata vltima haec verba translata, nisi iuste rationes reddiderit: nihil enim hic de rationibus reddendis, vbi de recipienda non vero iam finita tutela quaeritur. Rectius Ant. AVGVSTINVS nisi intra constitutum tempus allegauerit excusationem: vel vt placet Ferando AD-

DVENSI

τὰ τὸν τόπον ἀπελευθέρων ἐστίν. cundum locum illum sit. Li-  
 Ἀπελευθερισμοῖς γὰρ ἀπελευθέ- bertinis enim libertinos solos  
 ρους μόνους δεῖν δίδοσθαι τοὺς ἐν oportet dari, qui ex eodem  
 τοῦ αὐτοῦ τόπου ὄντας, θείου loco sint, oratio Diui MARCI  
 ΜΑΡΚΟΥ ὁρατίων κελεύει. iubet. Si autem dabitur, Diuus  
 Ἐὰν δὲ δοθῇ, θειότατος ΣΕΒΗ- SEVERVS impuberum curam  
 ΡΟΣ τῶν ἀΦηλικῶν, προνοοῦμε- habens obligatum eum esse tute-  
 νος ὑπέυθυνον αὐτὸν εἶναι τῇ ἐπι- lae, nisi iuste rationes reddi-  
 τροπῇ, εἰ μὴ ἐμπροθέσμως δι- derit.  
 καιολογήσῃται, ἀντέγραψεν. §. V.

## COMMENTARIVS.

DVENSIS *Explic. Lib. I. b. l.* nisi finito tempore se excusauerit, verbo enim δικαιολογήσῃται substituit LEO *c. l. προβαλλόμενος τούτην τὴν παραίτησιν.* Interpretatio Adduensis tamen in tantum obscura videtur, quod non finito tempore, sed intra concessum tempus alleganda erat excusatio. Si ergo ingenuus neglexerat excusationem, oneri tutelae obligatus erat, et eo respexit Imp. SEVERVS, qui cum filio suo ANTONINO in *L. 3. C. de Excusat.* in hunc modum Crispino cuidam rescribit: *Excusationis quidem tuae, si ingenuus libertino datus es, certa causa est. Sed cum te Praefes prouinciae audiendum non putauerit propter praescriptionem, quasi tardius adires nec a Decreto prouocaueris, intelligis parendum esse sententiae.* Cessabat denique excusatio, quoties eo loco nullus libertus degeret, vt habent verba Modestini: *πλὴν εἰ μὴ παντελῆς ἀπορία κατὰ τὸν τόπον ἀπελευθέρων ἐστίν, vel si quidem sint, at excusationem mereantur, quales recensuit PAVLVS, in L. 40. de excus.* tunc enim et ingenuus recte cogendus erit vt subeat onus tutelae impuberis libertini. Intelligenda vero ea saltem de tutela datiua, ita enim recte Modestinus scripserat: *οὐ ΔΩΣΟΥΣΙΝ οἱ ἀρχοντες*: imo et de testamentaria. In legitima vero tutela, quae per interpretationem Prudentum ex LL. XII. Tabul. originem traxerat, vt placuit iam VLPIANO *L. 3. de Legit. tutor.* et ingenuus, qualis solet esse Patronus impuberibus liberti filiis tutor esse poterit, neque huic proderit id priuilegium a Marco concessum, datus enim non tenetur onus tutelae suscipere, bene vero legitimus ob successionis commodum. Miror tamen CUIACIUM in *Comment. ad Cod. b. t.* ea quae hic ingenuis dantur iura singularia, ad nostros nobiles extendere, si ple-

beii

§. V. Οὐκ ἔξεστιν κουρατο-  
ρέυειν μνηστῆρα μνηστῆς, ὡς ἡ  
σύγκλητος λέγει. Χειροτονηθεὶς  
δὴ ὁ τοιοῦτος ἀπολυθήσεται.

§. V. Non potest curator esse  
sponsae sponsus, ut Senatus di-  
cit. Creatus autem talis absol-  
uetur.


## COMMENTARIUS.

beii hominis tutelam recipere debeant: Quae quaeso est similitudo inter ingenuos Romanorum et nostros nobiles et inter libertinos et homines plebeios.


μνηστῆρα) Optime se ipsum explicat MODESTINUS in L. 15. ff. de Sponsal. Ait enim: *tutor factam pupillam suam nec ipse uxorem ducere, nec filio suo in matrimonio adiungere potest.* Et addit: *Scias tamen, quod de nuptiis tractamus, et ad sponsalia pertinere.* Hinc si tutor pupillam suam ducat, ex sententia ordinis Amplissimi apud Antoninum CARACALLAM in L. 4. C. de excus. tut. neque nuptiae valent, sed ipso iure nullae sunt, et tutor infamiam sibi contrahit, quod et statuit PAULUS in L. 66. π. in Rit. Nupt. addita tamen exceptione si intra XXVI. annum a patre desponsa vel testamento destinata sit filia. Tribuit id ius Modestinus Senatui, cuius vero aetas et a quo relatum sit ordini, ignoratur, nisi forte recte coniiicimus, ad Marci tempora referendum esse ob ea, quae habet TRYPHONINUS in L. 67. π. de Rit. Nupt. Caeterum male compilatores Basilicōν Lib. XXXVIII. Tit. I. Tom. V. (nisi forsan Fabrotto culpa potius tribuenda,) hunc §. ad L. 2. h. t. reiecerunt, quae est ex Libr. II. Excusationum, quod et vitio librarii facile fieri potuit, maxime cum nulla inscriptio in his graecis oraculis inueniatur. Quod vero Modestinus dixerat paulo latius, id brevius ibidem expressit LEO his verbis: ὁ χειροτονηθεὶς κουράτωρ τῆς αὐτοῦ μνηστῆς, ἀπολύεται, i. e. Curator datus sponsae suae excusatur. Et CYRILLVS ad h. L. Schol. a. p. 26. ita sensum Modestini protulit: μνηστῆρ μνηστῆς μὴ ἔσω κουράτωρ, ἀλλὰ κὰν δοθῆ ἀπολυέσθω, h. e. Sponsus sponsae ne sit curator, sed et datus, excusetur.

ἀπολυθήσεται) Rectius ut placuit Augustino, et suo vocabulo transponendum videtur; i. e. remouendus erit. Qui enim iam creatus est, non absoluitur, sed remouetur a tutela.

Sed praeter spem hae paginae adeo excreuerunt, ut a reliquis legibus interpretandis abstinendum videatur. Quare ut L. B. si quae vitia humanitatis a nobis commissa sint, ea beneuole excuset, humanissime rogamus.







riberet testator filios, testamentum postea rescinde-  
 relam inofficiosi testamenti, sicque intestatus decede-  
 re, vt ergo id euitaretur, remedium inuentum nonnulli  
 si inter viuos bona aliis donarent, quo facto si ni-  
 hil superesset, nihil veniret ad liberos, quibus anti-  
 quum remedium, cum testamentum haud adesset, do-  
 no inter viuos firmatae atque irreuocabiles essent, quo  
 bonis paternis consequi possent liberi. Patet id ex  
*inoffic. donat. ex verbis: Si, vt allegatis, mater ve-*  
*rendam inofficiosi querelam, pene vniuersas faculta-*  
*rum ageret in rebus humanis, factis donationibus siue*  
*liberos, siue in extraneos, exhaustis; caet.*


§. IV.

anc ergo fraudem infringendam legi factam, quae  
 imam constituit, postea introducta est *querela in-*  
*novationis*, qua rescindebatur donatio in fraudem suc-  
 ceptae legitima facta. Argumentum huic iuri introdu-  
 ctum est *querela inofficiosi testamenti*. Hinc VALERIA-  
 NUS LIENVS in *L. 2. C. de inoff. donat.* expresse re-  
 fert *similitudinem inofficiosi testamenti querelae auxi-*  
*lium impertiet*. Porro Imp. DIOCLETIA-  
 NUS MAXIMIANVS in *L. 4. C. eod.* hocce remedium ad-  
 dicitur *ad iudicium ad instar inoffi-*  
*cosi*. Amplius eidem in *L. 6. C. eod.* rescribunt: *De*  
*inoff. donat. ad exemplum inofficiosi testamenti praeses*  
*iusisdictionis suae partes exhibebit.*

§. V.

restituatur ergo ab iis, qui in legitima immodica dona-  
 tione mortuo parente donatore, facta donatio inter  
 viuos.

A 3



the scale towards document

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 A3 A4 A6 A7 A8 A9 B9

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

11 16 17 18 20 21

Image Engineering Scan Reference Chart: TE263 Serial No. 011